
Juste un reflet...

Sic hanc, sic alias undis aut montibus ortas
luserat hic nymphas, sic coetus ante uiriles;
inde manus aliquis despectus ad aethera tollens
405 'sic amet ipse licet, sic non potiatur amato!'
dixerat: adsensit precibus Rhamnusia iustis.
fons erat inlimis, nitidis argenteus undis,
quem neque pastores neque pastae monte capellae
contigerant aliudue pecus, quem nulla uolucris
[3,410] nec fera turbarat nec lapsus ab arbore ramus;
gramen erat circa, quod proximus umor alebat,
siluaque sole locum passura tepescere nullo.
hic puer et studio uenandi lassus et aestu
procubuit faciemque loci fontemque secutus,
415 dumque sitim sedare cupit, sitis altera creuit,
dumque bibit, uisae correptus imagine formae
spem sine corpore amat, corpus putat esse, quod umbra est.
adstupet ipse sibi uultuque inmotus eodem
haeret, ut e Pario formatum marmore signum;
...
iste ego sum: sensi, nec me mea fallit imago;
uror amore mei: flammam moueoque feroque.
...
3,480] dumque dolet, summa uestem deduxit ab ora
nudaque marmoreis percussit pectora palmis.
pectora traxerunt roseum percussa ruborem,

non aliter quam poma solent, quae candida parte,

parte rubent, aut ut uariis solet uua racemis

485 ducere purpureum nondum matura colorem.

quae simul adspexit liquefacta rursus in unda,

non tulit ulterius, sed ut intabescere flauae

igne leui cerae matutinaeque pruinae

sole tepente solent, sic attenuatus amore

...

ille caput uiridi fessum submisit in herba,

lumina mors clausit domini mirantia formam:

tum quoque se, postquam est inferna sede receptus,

505 in Stygia spectabat aqua. planxere sorores

naides et sectos fratri posuere capillos,

planxerunt dryades; plangentibus adsonat Echo.

iamque rogum quassasque faces feretrumque parabant:

nusquam corpus erat; croceum pro corpore florem

[3,510] inueniunt foliis medium cingentibus albis.

Les autres Nymphes qui habitent les monts ou les fontaines éprouvèrent aussi les dédains de Narcisse. Mais enfin une d'elles, élevant vers le ciel des mains suppliantes, s'écria dans son désespoir : "Que le barbare aime à son tour sans pouvoir être aimé" ! Elle dit; et Rhamnusie exauça cette juste prière.

Près de là était une fontaine dont l'eau pure, argentée, inconnue aux bergers, n'avait jamais été troublée ni par les chèvres qui paissent sur les montagnes, ni par les troupeaux des environs. Penché sur l'onde, il contemple ses yeux pareils à deux astres étincelants, ses cheveux dignes d'Apollon et de Bacchus, ses joues colorées des fleurs

brillantes de la jeunesse, l'ivoire de son cou, la grâce de sa bouche, les roses et les lis de son teint : il admire enfin la beauté qui le fait admirer. Imprudent ! il est charmé de lui-même : il est à la fois l'amant et l'objet aimé; il désire, et il est l'objet qu'il a désiré; il brûle, et les feux qu'il allume sont ceux dont il est consumé. Ah ! que d'ardents baisers il imprima sur cette onde trompeuse ! combien de fois vainement il y plongeait ses bras croyant saisir son image !

...

je suis en toi, je le sens : mon image ne peut plus m'abuser; je brûle pour moi-même, et j'excite le feu qui me dévore.

À ces mots il déchire sa robe, découvre et frappe son sein qui rougit sous ses coups. Telle la pomme à sa blancheur mélange l'incarnat; telle la grappe à demi colorée se peint de pourpre aux rayons du soleil. Mais l'onde est redevenue transparente; Narcisse y voit son image meurtrie. Soudain sa fureur l'abandonne; et, comme la cire fond auprès d'un feu léger; ou comme la rosée se dissipe aux premiers feux de l'astre du jour

...

Il laisse alors retomber sur le gazon sa tête languissante; une nuit éternelle couvre ses yeux épris de sa beauté. Mais sa passion le suit au séjour des ombres, et il cherche encore son image dans les ondes du Styx. Les Naïades, ses soeurs, pleurèrent sa mort; elle coupèrent leurs cheveux, et les consacèrent sur ses restes chéris : les Dryades gémissent, et la sensible Écho répondit à leurs gémissements. On avait déjà préparé le bûcher, les torches, le tombeau; mais le corps de Narcisse avait disparu;

et à sa place les Nymphes ne trouvèrent qu'une fleur d'or de feuilles d'albâtre couronnée.